NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
3. Viertel 12. Jh. Seite 153r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



interpretatio sicut studiosi hebreorū tradunt. hoc idē significare ui
detur: Satanas namq; aduersarius dicitur. Omnes ergo qui aduersantur
dī uoluntati satanę possunt dici. Hęc diximus pro eo quod scriptū est. quia
confortauit dns corda eorum. ut exirent ad prelium contra isrl ut exter
minarentur. Beatus ergo est qui indesinenter spūale macherā tenens
n̄ aufert eā a ceruicibus horū hostiū. de quibus superius memorauimus.
sicut & hieremias propheta dicit. Maledictus homo qui facit opera dni
negligenter: & aufert macherā suā a sanguine inimicorū. Hoc si
secdm litterā intelligamus. necesse est nos indesinenter sanguinē effun
dere. quod iudei putantes qui ex integro caro sunt & sanguis. crudeles
& inplacabiles fiunt. dicentes maledictionē positā esse. his qui a san
guine effundendo cessauerint. & ido pedes eorū ueloces sunt ad ef
fundendū sanguinē. Sz illis huiscemodi intelligentia qui caro sunt
& sanguis uideatur: mihi autē prestet dns. numquā negligere opa
dni. nec auferre spūale gladiū uerbi dī a sanguine contrariarū
uirtutū. & mortificare eas in uno quoq; auditorū. Interficiuntur autē
in uobis. ita demū. si his auditis earū opa n̄ agatis. Dicitur autē in sequen
tibus. quia cepit ihc omnē terrā sicut mandauit dns moysi. Ille ihc
filius naue n̄ uideo quod ceperit omnē terrā. Quantū enī terrę cepit
qui iudeā terrā tenuit solā. Noster autē dns ihc ipse uere cepit omnē
terrā. in eo quod ex omni terra. atq; ex omnibus nationibus ad eū conuertitur
credentiū multitudo. Additur etiā post hęc. Postea quā omnē terrā cepit
ihc. et requieuit inquit terra a bellis. Hoc quomodo uerū uidebitur dici
de filio naue. quia cessauit terra a bellis. Sz hoc completur in solo dno
meo ihu xpo. Si enī consideres te qui uenisti ad ihm. & ab eo per baptis
mi gratiam remissionē consecutus es peccatorum. & iā n̄ in te pugnat
caro aduersus spm. nec sps aduersus carnē. cessabit terra tua a bellis.
si tamē mortē ihu xpi in corpore tuo circūferas. ita ut cessantibus
in te omnibus prelijs efficiaris pacificus. & filius dī uoceris. Sed hoc